







DISPUTATIO  
**CAROLINA**  
sistens

Argumenta quædam Juris Publici,  
de

Capitulatione Imp. Rom. Germ.  
ex suffragiis omnium Imperii  
Ordinum concipienda; & de  
ejus perpetua forma,

quam

Sub PRÆSIDIO

**DN. JOHANNIS Schack/**

J. U. D. P. P. O. & Reg. Conf. Assess.

die 15. Febr. hor. 7. usque ad 9.

defendet.

**PETRUS MUSEBENS/**

Bard. Pomeranus.

GRYPHISWALDIE,

LITTERIS DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,

REG. ACAD. TYPOGR.

30.

1705, 6

18

12/

o di-  
ob-  
im-  
ua-  
omi-  
t. de  
gnæ  
is ad  
dam  
atem  
forte  
cre-  
nnos  
ocios  
assen  
ma-  
fue-  
olim  
fua-  
vare  
ma-  
im-  
genio  
s se-  
jube-  
sola  
n-



30

DISPUTATIO  
CAROLINA

Argumenta p[ro] et c[on]tra Jus Publicu[m]

Capitulatione Imp[er]ii Rom[ani] Germ[anici]  
ex iustitiam omnium Imperii  
Ordinum concipienda; & de  
eius perpetua forma.

IN PRÆSIDIUM

DR. JOHANNIS SÖDER

J. H. O. F. O. & Reg. Cons. Auct.

PETRIUS GÖTTSCHEW

LEIPZIG  
IN DER BUCHHANDLUNG  
VON GÖTTSCHEW





ARGUM. I.

**V**ariæ circumferuntur sententiæ inter Doctores Juris Publici de Origine Capitulationum Imperii Romano-Germanici. Alii, CAROLO M.; alii, CAROLO CALVO; alii, CONRADO I.; alii, HENRICO IV. incunabula harum legum fundamentalium tribuunt. Vid. *Mauritii Dissert. Jur. Publ. pag. m. 767.* vid. *Schwederi introduction. Jur. Publ. pag. m. 27.* Et huic *Mauritio* arridet quoque *Goldasti Sententia dict. loc.* tanquam veritati maximè congrua, quâ statuitur, quod omnes Capitulationes Imperio Germanico cœvæ sint. Id quod ita probare nititur; quod scilicet CAROLUS M. postquam *Suevos, Saxones, partem Italiae, &c.* subegit, ad modum Regum Francorum, quibus nunquam liberum Imperium fuit, *Ipse Francus* Constitutiones quasdam formaverit, ab insequentibus Imperatoribus inviolabiliter servandas; quæ deinde nomine Capitulationum venerunt. *Maurit. ibid.*

ARGUM. II.

De veteribus illis Capitulationibus, excepta illa, quæ est CAROLI V. nullas veras superesse volunt; sed ex mente quorundam Juris Publici scriptorum, omnes has esse supposititias. *Maurit. ibid.* Quamvis quidam velint, nullo constare indicio, singillatim illas verbis disertis expressas; aut scriptas vel novatas esse. Ideoque verisimile est, si non semper, saltem ordinariè Reges Germanorum (qui non absolutum; sed legitimum, ac restrictum agnoverunt Imperium, & indubiè nunquam non admissi sunt in certas leges)



in observantiam aliquam legum & consuetudinum receptarum creatos esse. Quamvis cum RUDOLPHO Svevo, Anti-Cæsare, HENRICO IV. Imperatori opposito, anno 1077. nova aliqua solito pluribus constans capitulis facta dicatur conventio, quam scripto quoque comprehensam fuisse, ex Brunone *συγχρημα conjecturam fecit*; *Conring. ad Lamp. P. 3. c. 2. §. 4. Schwed. d. 1. pag. m. 28.*

ARGUM. III.

Sed non errabimus, si dicamus, coepisse hanc Capitulationum Originem cum ipsa Electione, i. e. postquam Imperium Romano-Germanicum factum fuit Electivum. Quamvis tunc temporis de paucis tantum capitibus absolutæ fuisse dicantur. Vid. *Rbetii Instit. Juris Publ. Lib. 1. tit. 4. §. 38. p. m. 163.* Et quando *Illustis Dn. Coccejus ex Lebm. chron. spir. Lib. II. Cap. IV. in sua Jurispubl. prud. Cap. VIII. n. 8. pag. m. 164.* Capitulationis usum semper fuisse innuit, nullum fermè aliud tempus respexisse videtur, quam quo IMPERIUM ROMANO GERMANICUM evasit in Electivum, & membra Imperii principaliora, ELECTORES scilicet, de lege quædam Imperii fundamentalis cogitare coeperunt; per quam Imperanti & capiti modus Regiminis & servandarum legum Imperii præscribitur. Enimverò, in eam formam, quæ nunc apparent Capitulationes, ante CAROLUM. V. nulla fuit redacta. Jactant quidem, tempore Imperatoris MAXIMILIANI I. similem quandam Capitulationem extitisse; sed à nullo fide digno historico memoriæ hoc proditum est. *Rbet. d. 1. p. m. 163.*

ARGUM. IV.

Describitur autem à quibusdam Capitulatio, quod nihil aliud sit, quam solemnis conventio novi Regis Romanorum cum Electo-



Electoꝝibus pro se, & nomine Statuum Imperii, (quamvis de Jure & omnes Imper. Ordines hanc capitulationem probare, illig. conspicienda interesse deberent) de modo Regiminis & servandarum legum Imperii. Vid. Rhet. d. l. p. m. 161. Vel, Capitulatio est pactum, seu conventio, qua Imperator, per Electoꝝum suffragia, designatus ante coronationis solemnias, certas sibi propositas condiciones, normam Imperii administrandi continentes, acceptat & de iis servandis jurato cavet, publica salutis conservanda gratia. Vid. Covringii Düs. de Capitul. Cas. Tb. 20. Schwed. dict. loc. p. m. 27. Qvod autem non statim Capitulationem vocent legem Imperii fundamentalem, hoc exinde fit, quia prius solemnitas illa conventio præcedere debet, antequam fiat lex Imp. fundam., quæ deinde existens omnino pro lege fundamentali habenda est Imperii nostri Romano-Germanici. Vid. Capitulat. Leopoldi §. 36. in verbis. Zu Erhaltung der Grund-Gesetze und dieser Capitulation, &c. Vid. Coccejus in Juris publ. prud. Cap. I. §. 4. pag. m. 20. Quia imo ipsæ leges fundamentales Capitulationi inferuntur. Vid. artic. ult. §. 2. Instr. Pacis. in verb. noviss. Recess. Imp. & Capitulat. inferenda. &c. Ergò Capitulatio, cui, tanquam legi fundamentali inferitur alia lex fundamentalis Imperii, sine ullo dubio pro tali habenda est. Et quemadmodum de omnibus Imperii nostri legibus fundamentalibus sentimus, quod de Imperio, ejusque parte ita latæ sint, ut obligent summum Principem, ita & hanc efficaciam adscribimus Capitulationi; quamvis ea mutata, non illic tollatur Imperii forma, nedum Imperium. Vid. Coccej. in Jur. Publ. prud. Cap. I. §. 4. p. m. 20. Qvod autem lex quædam Imperii fundamentalis mutari possit, de eo nullum est dubium; siquidem præfens & clarum exemplum habeamus in Aurea Bulla, quæ quidem in tit. 1. tit. 8. §. adjicientes. tit. 9. dicitur lex æterna,



æterna, & perpetuò duratura; sed hæc immutabilitas accipienda est, (1) *rebus in eodem statu permanentibus*; hinc nullum est dubium, quin ob necessitatem salutis publicæ, communi Ordinum Imperii consensu mutari; vel in totum abrogari queat. Quemadmodum insignis circa eam facta est mutatio in pace Westphalica instituto octoviratu. (2) Illa perpetuitas intelligenda est de substantia actus, non verò de circumstantiis, quæ pro statu rerum præsentis variari possunt. Vid. *Sermuch. Diss. Jur. Publ. 4. tit. 14.* Veluti, cum Imperator alibi, quam Francofurti eligitur; vel alibi, quam Aquisgrani coronatur. Vid. *Mauritii Diss. Jur. publ. p. m. 784.*

ARGUM. V.

Diximus autem in præcedenti Argum. IV. quod Capitulatio sit *Conventio*; in quo nos uberius ita explicamus, quod sine præcedenti conventione inter Imperatorem, tanquam caput, & Imperii Status, tanquam membra, nulla fieri possit Capitulatio, quæ deinde, postquam ab his duobus subjectis concordantibus & consentientibus, potestatem leges ferendi in nostro Imperio habentibus, sancita est, utiq; pro lege fundamentali reputanda. Nam, ut *absolutè* Capitulationem in sua descriptione legem nominemus, prohibet sequens ratiocinatio. (1) Quod nec solus Imperator, nec soli Status Imperii legum ferendarum potestatem habeant. (2) quia Capitulatio non obligat invitum ex potestate præscriptentium; sed demum acceptantem, vi suæ juratæ promissionis. Objicitur quidem, quod Capitulatio à priori lex vocanda sit, quia, ubicunq; de re indebita agitur non danda, ibi nulla possit locum invenire conventio. Atqui in Capitulatione de quadam agitur pote-



potestatis parte, quæ Imperatori indebita est, & in eum non transferenda, ergo Capitulatio non est dicenda conventio. Nam, quantum potestatis Electores in Imperatorem translatum volunt per delationem Imperii, tantum habet. Ergo, quam non dant Electores, illi est indebita. Et quod potestatis Ipsi denegat Capitulatio, id non per modum conventionis remittit, quia non habuit, sed Electores tantum declarant, quid & quantum delatione Imperii in eum non transfulerint. Enimvero, nos ita respondemus ad ejusmodi objectionem, quod distingvendum sit inter *in debitum, negative* tale, nempe, ubi planè nihil agimus; ubi de nulla re commutanda vel transferenda negotium est, ibi utiq; nec conventio est; & inter *in debitum, privative* tale, seu de re non integrè transferenda; vel ex omni sua parte commutanda, ibi utiq; aliquid agitur, & de hoc convenitur. Sic Electores, concipiendo Capitulationem, hoc ipsum agunt, ut, quod Imperator aliàs potestatis habiturus esset, non habeat, inq; id non habendum, acceptando Capitulationem consentiat. Quod sanè est conventio, ubi ex diversis animi motibus, in eandem decurritur sententiam. *l. 1. §. 3. n. d. pactis.* Et sic Capitulatio, *a priori*, melius vocatur conventio, & deinde ex earum legum censu est, quæ neminem non tenet; Qvalis est lex conventionis, quæ non obligat propter potestatem superioris in inferiorem, sed propter placitum fidem. Et licet cum quibusdam Juris publici Doctoribus, Capitulationem nihilominus vocemus legem Imperii fundamentalem; illud tamen non obstat huic hypothesi, quod Capitulatio *a priori* nominetur conventio; siquidem postillam conventionem: & postquam duo illa subjecta, scil. Imperator & status Imperii,



rii, quibus conjunctim sumptis competit potestas leges ferendi in nostro Imperio, illam potestatem ex debito exercuerunt, Capitulatio in perfectam legem degeneret, quæ nata est ex potestate legislatorum, qui deinceps singuli sese hujus obsequio subtrahere nequeunt, aded, ut & Summus Princeps inde teneatur.

ARGUM. VI.

Quoniam hæ Capitulationes *summitati*, i. e. dignitati, Excellentiæ & præminentiæ Imperii, cum superior in Imperio nemo sit Imperatore, non derogent, licet plenitudini Imperii per easdem derogetur. Vid. Burgold. ad Instrum. Pac. Part. III. disc. V. pag. m. 47. Quod & innuunt Dd. Juris Publici, quando de Capitulationibus dicunt, quod ea contineant, quæ restringunt potestatem Regi & Imperatori Romanorum. Vid. Rhet. Lib. I. Institut. Jur. Publ. tit. 4. §. 37. pag. m. 162. Quod autem Dn. Eitel Friederich von Heerden in egregio suo libello de Grundfeste des Heil. Reichs p. 1. C. 1. asserat; Daß die / von dem Oberhaupt beschwohrne Wahl-Capitulation mehr die Majestät gebe / als wegnehme / wil von vielen nicht angenommen werden. Nam, cum Imperator Capitulationibus, tanquam Imperii legibus fundamentalibus non solutus sit, dici non potest, quod habeat plenam potestatem. Hinc, cum Anno 1623. Electores ac Principes in Comitibus Ratisbon. hac loquendi formula uterentur. Man wäre zwar nicht gemeinet / Ihr. Käyserl. Mayte. Gewalt zu disputiren / hiette sich aber daneben gänzlich versichert / daß sie dasjenige in Obacht zu nehmen genigt / was sie in Ihrer von den Chur-Fürsten übergebenen Capitulation, allergnädigst zugesaget / welches alles man ohn Naaf geben gegen Ihr. Käyserl. Mayte. wegen der Chur-Fürsten Præminentz und Authorität in Unterthänigkeit zu referiren / zu sagen / und



und zu erinnern für notwendig und gut geachtet. Vid. *Lond.*  
*Tom. I. Lib. VI. Cap. CCCXCIX. p. m. 444.* Contra ea Saxo &  
Brandenburgicus Electores, in dictis Comitibus protestati sunt  
hisc formalibus. Weil die Wörter ohne **Maafge-**  
**bung** in jüngst unterthänigster Relation dazu gescheit / kön-  
ten Ihr. Churf. Gn. Gn. solches nicht zugeben / sondern thäten  
es widersprechen; In dem das ohne **Maafgebung** und  
die Capitulation nicht beyammen stehen könnten; Darn-  
wozu Ihr. Käys. Majest. durch die Capitulation verbunden /  
das wäre derselben ohne **Maafgebung** nicht heimgestellt /  
es würde auch dadurch die Churf. Hoheit / Präeminentz und  
Würde nicht conservirt. Vid. *Londorp. Tom. I. actor. publ.*  
*Lib. VI. Cap. CCCC. p. m. 450* Unde Dn. de Monzambono de  
*Statu Imper. German. p. m. 222. §. 3. ita ait. Saluberrimo more*  
*introducitur esse; Potestatis Imperatorie leges expresso & distincto*  
*scripto comprehendit. Nam ad existimationem Ordinum facere, ut,*  
*quum imperari sibi, ad modum ceterorum, Monarchis subditorum*  
*non patiantur, non credantur ex contumacia, aut per meram usur-*  
*pationem hoc facere; sed, quia in tales leges Imperatorem adserve-*  
*runt, eorundem libertati consultitur praefixis terminis, quos Casari*  
*transilire nefas est. Vid. Burg. ad Instr. Pacis Part. III. Disc. V.*  
*pag. m. 47. Eo quoque respiciunt, quæ habet Illustris Dn.*  
*Zieglerus in egregiis notis ad Grotium Lib. I. d. 7. B. & P. C. III.*  
*n. 16. quando ita dicit. Si in aliquam Majestatis partem impin-*  
*gat obligatio illa, (scil. ex Capitulationibus) ipsam Majestatem*  
*quodammodo minui arbitror. Siquidem ille integrum habere, dici*  
*nequit, cui potestas leges ferendi, aut Magistratus constituendi adi-*  
*mitur. Alias enim solum & nudum juramentum, quod plerique*  
*Reges tempore inaugurationis præstant, non tollit, destruit, aut*  
*minuit summum Imperium, nec enim Rempubl. intrinsecè afficit,*  
*sed duntaxat est accessorium quoddam & secundariæ obligationis,*  
*quæ alias ex officio aut promisso tenetur. Enimverò & è con-*  
*trario ipsam potestatem Regiam & Imperatoriam tri-*  
B buunt.



buunt. Nam ante Capitulationem & anteqvam in eam juravit, nihil juris exercet reale IMPERATOR ROMANUS in Imperio. Nec obstat *Aurea bulla Cap. II. §. 8.* quasi statim peracta electione, anteqvam ad alia negotia transeat, confirmare debeat Jura & Privilegia Electoralia. Nam id hodie plenius intelligitur, *prius scilicet acceptata Capitulatione.* Promittit enim Imperator in Capitulatione, uti ex *Capitul. Leopold. §. 3.* apparet, se confirmaturum esse privilegia Electoralia & omnium Statuum; sed quorsum faceret hæc promissio, si hoc ante Capitulationem fecisset? Vid. *Rhet. dict. loc.*

*ARGUM. VII.*

Quod autem hæ Capitulationes olim dictæ fuerint *leges Palatinae, Kaysersliche Obligation, articulirte verbrieffte Pacta*, so die Stände des Reichs mit ihrem erwehltten Oberhaupt eingehen / *Kaysersliche Articul- Brieffe / Kaysersliche Wahl- Articul, oder Giding.* Vid. *Schwed. introd. in Jus Publ. Cap. II. Tb. IX. circa finem pag. m. 22.* de eo quidem in principio nostræ Disputationis differendum fuisset; nisi & hic simul monere vellemus, quod recentiores quidam, Capitulationem ad exemplum Regiæ legis Romanorum, per quam potestas populi Romani in Imperatorem translata fuit, esse velint Germanorum legem Regiam, qua Summum Imperium certis conditionibus in Imperatorem transfertur. Enimverò, licet de nomine non adedò difficiles simus, atramen rei comparatio, nempe Capitulationis nostratis, & illis antiquæ legis Regiæ parùm habet simile. Per illam enim legem Regiam Romanorum, absoluta potestas populo adempta in Principem deferebatur; per hanc verò, summa potestas Principis imminuitur, ut populo ex parte reddatur. Si itaq; propter convenientiam in re, nomen Capi-



Capitulationi nostræ convenire putant, valdè veremur, ut hoc nomen rei sit conveniens. Vid. *Schwed. introd. in Jus Publ. Cap. II. Tb. XC. pag. m. 23.*

*ARGUM. VIII.*

Enimverò valde aberrabimus à scopo, nisi tandem discursum nostrum ad Capitulationem ex omnium Imperii Ordinum consensu concipiendam, ejusdemq; formam perpetuam dirigamus. Hunc enim in finem hæc Disputatio potissimum conscripta est, ut videremus, quomodo Capitulatio Imperii Romano Germanici fieri & concipi debeat ex omnium Imp. Ordinum consensu; & quid de ejusdem perpetua forma sentiendum sit. Habemus enim in Instrumento Pacis Osnabrügo-Monasteriensi expressum textum de tali perpetua Capitulatione in *Artic. 8. §. 3.* Habentur &c. Et per hunc *§. 3. & 4. d. Artic. 8.* Instrumenti Pacis, Principes & Status pristinis suis Juribus redditi sunt, quibus sub potentia Electorum variè erat decerptum. Nam, cum sub RUDOLPHO II. IMPERATORE reliqui status Electoribus controversiam moverent, de Jure præscribendi Imperatori Capitulationem, id quidem serò faciebant, sed tamen benè monebant, daß sie dafür hielten / daß die Electores in tradendis Imperii negotiis etwas zu weit gelassen / und ihre Facultät, die allein auf die Election restringiret wäre / viel zu weit extendiren wolten. Vid. *Londorp. Tom. II. actor. publ. Lib. III. Tract. II. p. 639.* Inde etiam factum est, ut reliqui Principes & Status huic præjudicio non amplius indulgere voluerint, sed, cum in conventu Osnabrügo-Monasteriensi optima sese occasio præberet, gravamina inde emersa proponendi, iisdemq; medelam querendi, tertio loco, Anno 1646. Mense April. talia profuerunt. Zu conservirung der Gleichheit unter den



Ständen/ und Vermehrung beständigen guten Vertrauens/  
würde weniger nicht vortrüglich seyn / wenn die verschiedne  
Eingriffe / welche von dem Churf. Collegio übrigen beyden  
Reichs-Rächten von geraumer Zeit geschehen / und begegnet  
sind / künfftig ein und abgestellet verblieben ; Sine-mahl aus  
denen Käyserlichen Wahl-Capitulationen zu ersehen / was  
gestalt fast in allen deneselben Enderungen sarge-nommen/  
daraus nothwendig erfolget / daß die Jura Reipubl. fast immer  
für und für fluctuiren / und der Status Imperii perpetuis  
mutationibus & conversionibus unterworfen seyn müsse/  
im Fall nicht ein- für allemahl eine beständige unveränderliche  
Capitulation gemachet werden sollte / *re.* Solte demnach  
dergleichen gewisse Verfassung über kurz oder lang des Reichs  
Wohlfahrt erfordern / hierunter einige Veränderung zu machē  
und vorzunehmen / auf solchen Fall würde solches auf einen  
allgemeinen Reichs-Tag reifflich zu berathschlagen / und nach  
wolerwogenen Dingen und Besinden / zu belieben seyn. Vid.  
*Theatr. Europ. Tom. V. p. 1052.* Eodem modo & Ordines  
circuli Saxonici inferioris in *περοβελια* comitorum Lū-  
neburgi Anno 1652. in sequentem modum quere las Prin-  
cipum & Statuum Imperii in facienda Capitulatione  
eaq; perpetua, explanare voluerunt. Weils die Käyser-  
liche Capitulation von Zeit zu Zeit geändert werden / und  
dadurch viele Dinge / so ad Jura comitorum gehören / und  
also dem ganzen Reich und sämtlichen Ständen zustehen / an  
das Churfürstliche Collegium wollen gezogen werden / so  
ist billig / zumahl solche Jura in dem Frieden-Schluss denen  
Ständen zu gute / zu allem Überflus wiederholte und bestätiget /  
daß solches geändert und mit Gutbesinden der Fürsten  
und Ständen des Reichs / nach Einhalt des kermelbten *s. 3.*  
*Artic. 8. Instrum. Pacis.* eine gewisse beständige / sämtliche  
Stände Juribus nicht wiederige / mit deroselben Zustehen ohne  
verän



veränderliche Capitulation aufgerichtet werde. Vid. *Theatr. Europ. ad Annum 1652. p. 306.* Nec minus pulcherrima, in rem præsentem admodum facientia verba sunt, quæ profere *Dn. Eitel Friederich von Heerden* in der Grund- feste des heiligen Römischen Reichs teutscher Nation pag. m. 203. Die Capitulation ist ipsa norma ac forma Regiminis ac status in Imperio, worauf das rechte Band zwischen Haupt und Gliedern beruhet / und dadurch ein rechter unbeweglicher Grund geleyet wird / zu Vermischung und Mäßigung beydes der Gewalt / als auch der Freyheit. Nam libertate Ordinum temperetur Principatus, & Principatu temperetur libertas Ordinum; sic, nec in Principatu libidinem, nec in libertate licentiam habebimus. Es ist auch aus dieser heilsamen mixtur, oder harmonie, so lange darunter einiger Zwiffel und Mißverständnis obhanden / kein Vertrauen zwischen Haupt und Gliedern zu hoffen. Dahero denn / als man in vorigen Jahren wahr genommen / daß von denen Chur- Fürsten bey der ihnen / *publica & speciali lege Aur. B.* mit Bewilligung gesammter Fürsten und Stände anvertraueter Käyserlicher Wahl / auch die Capitulation, und zwar fast ohn einiges Absehen auf die übrigen Stände / ihres Gefallens gemacht / deren Jura darinn merklich beschnitten / und also die mit der Monarchie vermischte Aristocrazia des teutschen freyen Reichs in eine Oligarchia verwandelt werden wollen / nicht allein die Reichs- Stände selbst; sondern auch die benachbarte Cronen auf solche / zu gänzlichem Zerrüttung des Reichs ausgehende Veränderung / ein sorgfältig Auge geschlagen / daß endlich bey denen Westphälischen Friedens- Traktaten es dahin gebracht / daß auf nechst- folgenden ersten Reichs- Tag unter andern eine gewisse und beständige Käyserliche Capitulation mit gesammter Chur- Fürsten und Stände Raht und Bewilligung



ligung zu verfaſſen / geſchloſſen worden. Ex quibus omni-  
bus ſatis percipere licet, quod non ſoli Electores, ſed  
& reliqui Principes & Status, ad concipiendam Capi-  
tulationem, eamq; perpetuam ſuffragia ſua conferre  
debeant. Quum itaq; in Capitulatione Leopoldina,  
quoad hunc punctum Principibus & Statibus non ſatis-  
fieret, illi talem proteſtationem interpoſuerunt. Ob  
zwar Fürſten und Stände verhoffet / es würden ſolche zu Er-  
haltung Ihrer Rechte und Gerechtigkeiten / auch künfftiger  
beſtändigen Capitulation facilitirung angeſehene ſamte und  
ſonderliche Erinnerungen von dem Ehrſt. Collegio beſſer  
als vor dieſem beobachtet werden; So hat ſich doch aus Ver-  
leſung der in Druck gegebenen Wahl-Capitulation der ſecht  
regierenden Röm. Käyſerl. Maytt. LEOPOLDI,  
das Wiederſpiel befunden / ja / daß in denen triſtigen / und  
vernehmſten Puncten / die Harmonie des Reichs und Jura  
Statuum, belli, pacis, &c. betreffende / auch / nach Aus-  
weiß des 10. 12. 13. Articuli, dieſelbe noch viel nachtheil- und  
gefährlicher / als die vorige eingerichtet worden. Derowegen  
obgedachte Deputirte vorunumgängliche Nothdurfft zu ſeyn  
ermeſſen / darwider feyerlich zu proteſtiren / und geſamter  
Fürſten und Stände Beſugnis / auf negſt-künfftigen prozo-  
girten Reichs-Tag diſſalls ausdrücklichen vorzubehalten.  
Tandem addunt, daß ſie die Käyſerliche Capitulation, in  
ſo weit dieſelbe mit ihren monitis nicht einſtimmet / oder den  
Einhalt des Inſtrum. Pacis ungemäß iſt / pro lege publ.  
nicht gehalten haben wollen / vid. Burgold. ad Inſtr. Pac. P. III.  
Diſc. V. pag. m. 43. Ideoq; valdè errat Dn. à Beublingen,  
quando in egregia Diſſertatione de Jure Principum Electorum,  
Anno 1662. ſub Praſidio Dn. Ludweli, Altorffſi habita, th. 33.  
putat, quod tam FERDINANDI IV., quàm LEO-  
POLDI Capitulatio ex præſcripto Inſtrum. Pac. Oſna-  
brügo-



brügo-Monasteriensis concepta sit. Neque defendi  
potest illa assertio, quam Dn. Otto Nicolaus Lindbolz re-  
spondens eruditus, sub Præsidio Illustris & Excellentissimi  
Dn. Mauriti Anno 1668. Kiloni defendit, quod scilicet Capitu-  
latio Leopoldina ex suffragiis omnium Imperii Statuum  
concepta sit, quia in proœmio dictæ Capitulat. circa  
finem hæc leguntur verba. **Das wir uns demnach aus  
freym gnädigen Willen/mit denselben unsern lieben Neven/  
Dheimben und Chur-Fürsten/ vor sich und sämtliche  
Fürsten und Stände des heiligen Römischen  
Reichs / Beding und Pacto: weise / dieser nachfolgenden  
Articulen vereiniget/verglichen/angenommen und zugesaget  
haben. Qvod & repetitum legitur §. pen. Solches alles. 2c.  
dict. Capit. Quinimò & in novissima REGIS ROM.  
JOSEPHI Capitulatione, in proœm. circa finem, & in §.  
pen. Solches alles. 2c. ejusd. Capit. Enimverò, ita respon-  
demus ad hanc objectionem, quod illud non possit dici  
nomine alterius actum, de quo quis nullum mandatum  
habet. Jam verò constat, quod Principes ac Status in  
hoc negotio conficiendæ Capitulationis Principibus  
Electo-ribus nullum mandatum dederint; Sed tantum  
monita insinuaverint. Vid. Eitel Friederich von Heer-  
den in der Grundfeste des heiligen Röm. Reichs/  
pag. 208. & seqq. usque ad pag. m. 259. Ergò Electores non  
potuerunt sine consensu & suffragiis reliquorum Prin-  
cipum & Statuum Capitulationem sancire. Et quo-  
modo potest aliquid dici nomine alterius esse gestum,  
contra quod expressè protestatio interponitur; uti  
factum est contra Capitul. Leopoldinam ex supra dictis.  
Et quamvis in Capitulat. Leopoldina, ut & in novis-  
sima Josephi, Regis Romanorum, disertè hæc ponantur ver-  
ba: **vor sich und sämtliche Fürsten und Stände  
des****



Des heiligen Römischen Reichs / 10. attamen ex  
prædicta protestatione liquidd apparet; Capitulationem  
Leopoldinam non esse ex consensu & suffragiis  
reliq̄vorum Principum & Statuum confectam. Quin-  
imò nec de novissima illud audivimus; Cum tamen ex  
tenore Instrum. Pacis Osnabrügo - Monasteriensis ira  
fieri debuisset, quod & confirmamus sequenti syllo-  
gismo. Quodcunq̄ pertinet ad leges Imperatori præ-  
scribendas, illud ipsum non solis Electoribus, sed omni-  
bus statibus conjunctim competit. Atq̄vi Capitulationem  
conficere est tale quid, ergo &c. Enimverò post-  
quam ea, quæ de Jure fieri debent, diximus, conclu-  
dimus Disputationem nostram cum Dn. de Monzambano de  
*Rat. Status Germanici, pag. m. 220. ubi divinatur, hunc pun-  
ctum in comitiis non absolutum iri; Quod sit è re Cesaris,  
ut Electores emineant cæteros Principes: Hos enim Electores,  
utpote paucos, facilius se sibi conciliare posse, quam universos Ordines,  
quibus vicissim aliquid abs se indulgeri, æquum fuerit: Nam  
ex ipso Principum senatu non valde adversari, qui familiis Ele-  
ctoralibus sint prognati; reliq̄vorum petita facile posse eludi. Nec  
congruere moribus Germaniæ, jure aliquem suò, utcunq̄ve qua-  
sito, per vim exturbare; Utut insuper non iniquè postulent reliq̄vi  
Ordines, ut in Capitulatione æquè sui quàm Electorum habeatur  
ratio; tamen vix posse concipi formulam, quæ deinceps non aliqua  
correctione opus sit habitura, mutata temporum ratione. Electores  
porò non difficiles futuros, ut admonitu reliq̄vorum Ordinum,  
Capitulationi inserant, quæ ipsorum libertati tuende  
videbuntur inservire.*

FINIS.



Greifswald, Dissy 1702/05

ULB Halle

3

004 564 162




TA → Öl

mit 1 + 17 Stück verknüpft und  
f









Farbkarte #13

B.I.G.

DISPUTATIO  
**CAROLINA**  
sistens  
Argumenta quædam Juris Publici,  
de  
Capitulatione Imp. Rom. Germ.  
ex suffragiis omnium Imperii  
Ordinum concipienda; & de  
ejus perpetua forma,

quam  
Sub PRÆSIDIO  
**DN. JOHANNIS Schack/**  
J. U. D. P. P. O. & Reg. Conf. Affess.  
die 15. Febr. hor. 7. usque ad 9.  
defendet.  
**PETRUS MAGEBERG/**  
Bard. Pomeranus.

GRYPHISWALDIÆ,  
LITTERIS DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,  
REG. ACAD. TYPOGR.

30.  
1703, 6

18

(2/)